

Mariae habitum videmus ecclesiae? Haec parit, non dolore, sed gaudio: haec nutrit, non corporis ubere, sed lacte amoris.

SERMO IN NATALI DOMINI<sup>1</sup>

1273

1. [...] *Ecce annuntio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo.*<sup>2</sup> Nullum hodie, fratres, conceptus, nullum terreat partus. Ubi enim virginitas concipit, integritas parit, Dei est virtus conscia, non voluptas. Audi angelum dicentem, *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.*<sup>3</sup> Hodie, fratres, non inchoatur deitas, sed humanitas innovatur: hodie natus est non sibi Christus, sed mihi. *Accedite ergo ad eum et illuminamini, et vultus vestri non erubescunt:*<sup>4</sup> quia hodie *in sole posuit*, sicut dixit propheta, *tabernaculum suum.*<sup>5</sup>

PL  
39, 1992

2. *Virginitas nunquam nuda.* Divinum est, fratres charissimi, quod geritur, non humanum. Nunquam est nuda virginitas quae tegmine pudoris se decoravit. Ad domicilium castitatis angelus mediator advenit; ut regi aulam, Deo templum, et coelesti sponso thalamum procuraret. Nascente enim Domino non est ablata, sed consecrata virginitas; quae ipsa sponsum genuit sui pudoris, ipsa custodi praebet fidele servitium: feta, sed virgo; virgo, sed mater; sterilitate enim caruit, non pudore. Adstat sanctitas, sinceritas, pudicitia, castitas, integritas, fides, et omnes simul adfuere virtutes; ut intrepida famula sui uteri portaret auctorem, et coelestem paritura virtutem, sexus sui victrix, dolorem gemitumque nesciret. Beata fecunditas, quae et honorem acquisivit maternum, et castitatis praemium non amisit.

HESYCHIUS Hierosolymitanus († post 450)

COMMENTARIUS IN LEVITICUM

1274

Lib. I, cap. II, 4. *Cum autem obtuleris sacrificium coctum in clibano de simila, panes scilicet absque fermento, conspersos oleo, et lagana azyma oleo lita.*<sup>6</sup>

PG  
93, 806

Admirabilis est legislatoris intentio, per omnia subtiliter ince-

<sup>1</sup> Sermo iste, in app. Operum S. Augustini, est S. Petri Chrysologi (cf. PLS II, 847 et PLS 52, 665a).

<sup>2</sup> Lc. II, 10.

<sup>3</sup> Lc. I, 35.

<sup>4</sup> Ps. XXXIII, 6.

<sup>5</sup> Ps. XVIII, 6.

<sup>6</sup> Levit. II, 4.

\*807 dens: quia enim scientiae Dei, sive notitiae superius mentionem fecit, ne forte putaris extra eam esse dispensationis Dominicae mysterium, vide quomodo per aenigmata exponit, nativitatis eius, crucis et resurrectionis volens introducere \* narrationem. Sacrificium coctum, Christi appellat incarnationem, ad hoc enim incarnatus est ut immolaretur. Propter quod eum, Agnum Dei *qui tollit peccata mundi*,<sup>1</sup> Ioannes Baptista appellavit. Recte ergo sacrificium in hoc loco, ut denuntiaret nativitatem eius, dicitur coctum in clibano, Dei Genitricis videlicet utero. Illa enim clibanus necessarie nominatur, quia et panes ignemque desuper clibanus suscipit, sicut et Dei Genitrix, desuper vitae panem, Dei videlicet Verbum in suo utero, ignemque suscepit praesentiae Spiritus. *Spiritus* enim, inquit, *sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi*.<sup>2</sup> Hunc Moyses, quando Deus ad Abraham disposuit seminis testamentum, clibanum commendavit; ait enim, quia veniente sole ad occasum (significat hic finem mundi), flamma facta est, et ecce apparuit clibanus ardens.<sup>3</sup> Et quid est hoc? Addidit et fumigans, et transivit per medium divisionum. In die illa pepigit Dominus foedus cum Abraham. Quando enim coelestis ignis, Spiritus videlicet, in clibano uteri Genitricis Dei venit, ut totas accenderet mundi partes, tunc testamentum Deus Abraham, id est gentibus disposuit: Abraham enim *pater gentium* nominatur. Si ergo munus offeres incarnationis Unigeniti, quae in ventre Virginis facta est, non aliter acceptum est Deo, nisi coctum de simila, id ex Dei scientia vel notitia fiat.

## FRAGMENTUM IN PSALMUM

PG 93, 1236 Ps. LXXI, 6. « Καταβήσεται ὡς ὑετός ἐπὶ πόκον ». 1275  
 Τὴν κένωσιν τοῦ Μονογενοῦς τὴν εἰς τὴν Θεοτόκον Παρθένον λέγει πόκον δὲ αὐτῆς τὴν γαστέρα δικαίως ἐκάλεσεν· ἐπειδὴ τοῦ Θεοῦ Λόγου τὴν  
 \*1237 ἐπιδημίαν \* ἡσυχῇ καὶ ἀψοφητί, καθάπερ πόκος τὸν ὑετόν, ἐδέξατο. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν σταγόνων ἐρεῖς.

PG 93, 1235 Ps. LXXI, 6. *Descendet sicut pluvia in vellus*. 1275  
 Dicit Unigeniti in Deipara Virgine exinanitionem: vellus autem uterum eius merito nuncupavit; quia Dei Verbi adventum quiete ac  
 \*1238 sine strepitu, non \* secus ac vellus pluviam, suscepit. Hoc ipsum autem etiam de stillicidiis dices.

<sup>1</sup> Io. I, 29.

<sup>2</sup> Lc. I, 35.

<sup>3</sup> Gen. XV, 17.

## SERMONES

1276

Sermo IV. De S. Maria Deipara. Πᾶσα μὲν μνήμη δικαίων πανεύφημος, καὶ πᾶσα πανήγυρις θεοφιλῶν εὐκλεής, πάντες ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἠρίστευσαν, πάντες τοὺς πόνους ὑπὲρ τῆς ἀληθοῦς ὁμολογίας ὑπεδέξαντο, πάντες διὰ τοὺς τῆς ἀληθείας στεφάνους τοῖς κινδύνους ἐνεβάκχευσαν. Ἡ δὲ παρούσα νῦν ἡμέρα τῆς ἑορτῆς ὑπερένδοξος. Παρθένου γὰρ περιέχει πανήγυριν, ἥτις τοσοῦτον ὑπερέβαλε πάσας, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν Θεὸν Λόγον ἐθέλοντα ὑποδέξασθαι χωρηθέντα παρ' αὐτῆς ἀστενοχωρήτως. Πρὸς ἣν πρὸ τοῦ παντὸς ὁ τῶν ἀρχαγγέλων Γαβριὴλ ἀνεβόησε πρῶτος· «Χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. Ἴδου γὰρ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ». Χαρᾶς εὐθὺς ἀρχὴ πρὸς αὐτήν, τὰ παρὰ τοῦ Γαβριὴλ εὐαγγέλια. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ πρώτη παρθένος ταῖς τῆς ἀποφάσεως ἐπὶ τῇ παραβάσει περιεκέλειστο λύπαις, καὶ τὰ τῶν στεναγμῶν ἐξ αὐτῆς ἀνέβαινον πλήθη· καὶ πᾶσα γυνὴ δι' αὐτήν ἐν ὀδύνη, καὶ τόκος ἅπας δι' αὐτήν ἐν πικρίᾳ· ἡ δευτέρα παρθένος διὰ τῆς προσηγορίας, τὸ τοῦ θήλεος πᾶν θλιθερὸν ἀπόσωτο, καὶ πᾶσαν λύπης πηγὴν ἐπὶ τοῖς τόκοις ἐνέφραξε,

PG  
93, 1453

1276

Sermo IV. De S. Maria Deipara.<sup>1</sup> Omnis profecto memoria iustorum totis votis est celebranda, et omnis solemnitas amicorum Dei gloriosa. Cuncti enim religionis ergo fortiter fecerunt, cuncti pro confessione vera susceperunt labores: cuncti, ut coronas veritatis consequerentur, veluti numine divino ducti, periculis sese obiecerunt. Hic autem dies festus qui nunc agitur, omnem gloriam superat, utpote qui contineat solemnitatem Virginis, quae usque adeo omnibus antecellit, ut ipsum Deum Verbum volentem susceperit, quem ipsa citra ullam loci angustiam comprehendit. Ad quam ante omnia Gabriel archangelus primus exclamavit, *Ave gratia plena, Dominus tecum: ecce enim concipies in utero, et paries Filium, et vocabis nomen eius Emmanuel.*<sup>2</sup> Fausta Gabrielis nuntia fuerunt illi mox initium laetitiae. Cum enim prima virgo concluderetur molestiis per sententiam condemnatoriam ob transgressionem inflictis, et ab ea gemitus plurimi prodirent, omnisque mulier, illius causa, in dolore esset constituta, et partus omnis propter eam acerbiter pateretur, secunda virgo ex denominatione etiam angelica miseriam omnem feminei sexus repulit, omnemque tristitiae fontem qui inter pariendum adesse solet, obstruxit, et nubem desperationis, qua pre-

PG  
93, 1454

<sup>1</sup> Omnes consentiunt de fide huius Sermonis, duorumque sequentium (cf. RPhTh, 547 ss.).

<sup>2</sup> Lc. I, 28, 30.

καὶ τὸ τῆς ἀθυμίας ἐπὶ τῇ τεκνογονίᾳ τῶν γυναικῶν διεσκέδασε νέφος· καὶ τὰ τῆς χαρᾶς τὰς ὁμοφύλους περιήστραψε φῶτα, παρὰ τοῦ Γαβριὴλ ἐπακούσασα· «Χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ», οὐχ ἡσυχῆ τὸν ἀσπασμὸν ἐδέξατο, ἀλλὰ τῆς τοιαύτης φωνῆς ἐπακούσασα, καὶ τὸν ἀρχάγγελον Γαβριὴλ θεωρήσασα κατὰ τὴν οἰκίαν παρὰ πρόθεσιν, καὶ τῆς περὶ τὸν τόκον τοὺς λογισμοὺς συγκλονηθεῖσα φωνῆς, τοιαύτας τινὰς πρὸς τὸν ἀρχάγγελον, ὡς εἰκός, προῦβάλλετο ῥήσεις· Ὅλα, λέγουσα, παράδοξα καὶ ξένα ὁρῶ σήμερον ἐπὶ σοῦ. Καὶ τό· Πῶς ἐτόλμησας μὴ μεμνηστευμένη αὐθαδῶς ἐπιθῆναι παρθένῳ, καὶ τῶν ἀπίστων σου ῥημάτων τὸ κήρυγμα φᾶναι; Λέγεις γάρ με τίκτειν ἄνευ σπόρου παιδίον· ἄνευ γάμου ἔφης συλλαβεῖν, ἄνευ συντυχίας καὶ ὁμιλίας ἀνδρὸς καρπογονῆσαι τὸ τῆς μητρὸς χωρίον. Τίς ἴδε, τίς ἤκουσεν ἐξ ἀρουρογονίας τὸ πρότερον ἀρουραν ἀγεώργητον ἐξανθήσασαν ἄσταχυν, ἢ γῆν ἀφύτευτον βότρυν βλαστήσασαν, οἶνον ἄνευ ἀμπέλου, ἢ ποταμὸν ἄνευ πηγῆς προϊόντα; ὕπερ οὐδεὶς πρώτων αἰώνων, ἢ τοῖς ὡσὶν ἤκουσεν, ἢ κατώπτευσε τοῖς ὀφθαλμοῖς γεγονός. Πῶς πιστεύσω σοι πρὸς ἐμέ \*1456 κωμωδοῦντι; \* Τί οὖν ὁ Γαβριὴλ πρὸς αὐτὴν δυσπιστοῦσάν; Ὅπερ ἔμαθον, εἶπον, ὅπερ ἤκουσα, λέγω· «Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ»· ὡσπερ ὑπάρχων πρὸς οὐδ, ὡς πρὸς ὃν πάσης κτίσεως, ὡς Κτίστης καὶ

muntur mulieres in partu, dissipavit: et lumina laetitiae apud contribules coruscare fecit. Dum audiret itaque a Gabriele, *Ave, gratia plena, Dominus tecum*, non excepit salutationem tranquillo animo, sed cum talem vocem exaudisset, et Gabrielem archangelum intuita domi ex insperato, et ob vocem de pariendo, cogitatione perturbata esset, tales quasdam (ut verisimile est) abiiciebat Gabrielis locutiones: Omnia, inquit, praeter opinionem, et peregrina video in te hodie. Et istud: Quo pacto ausus es temere accedere ad virginem non desponsatam, et incredibilia verba praedicare? Ais enim me parituram puerum absque semine, concepturam dixisti nullis nuptiis intervenientibus: loculum uteri absque ulla cum viro cohabitatione et conversatione editurum fructum. Quis vidit, quis audivit fertilium agrorum naturae peritus, antea agrum incultum produxisse spicam, aut terram non plantatam germinasse uvam, vinum sine vite, aut fluvium absque fonte \*1455 prodeuntem? Quod quidem nemo ex primis saeculis audivit auribus, aut oculis conspexit accidisse. Qua ratione tibi fidem habebō me suggillantī? Quid ergo Gabriel ei haesitanti respondit? Dixi quod didici, quod audivi loquor: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei;*<sup>1</sup> tanquam is sit a quo, et velut is

<sup>1</sup> Lc. I, 35.

Δημιουργός τῶν ἀπάντων, ὡς τῶν αἰῶνων Πατήρ, ὡς τοῦ κόσμου Γεννήτωρ, ὡς τοῦ Παντός ποιητής, ὡς τῶν οὐρανῶν ἀρχαιότερος, ὡς τῶν ἀγγέλων δημιουργός, ὡς τῆς ἀνθρωπότητος πλάστης, ὡς τῶν ἀπολλυμένων Σωτήρ· οὐδὲν πλεόν τούτων ἀπαγγέλλειν ἰσχύω. Οὐ γάρ τὸ πῶς λέγειν προσετάχθην, Παρθένη· ἀλλὰ τοῦ εὐαγγελισμοῦ πρὸς σὲ διακονῆσαι τὰ πράγματα. Θαύμαζε οὖν σὺν ἐμοὶ τὸ μυστήριον, καὶ ἀνενδοιάστως δέχου τὰ εὐαγγέλια. Ἡ δὲ φησιν· « Ἴδου ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου ». Τοῖς ἀρχαγγελικοῖς τοίνυν καὶ ἡμεῖς μαθητεύσωμεν λόγοις τοῦ Γαβριὴλ περὶ τῆς Δεσποτικῆς γεννήσεως, ταῖς ἐκείνου τρίβοις κατόπιν ὁδεύσωμεν. Ὡς ἐκεῖνος ἐκθειάζω ἀπεριέργως τοῦ τόκου τὴν δύναμιν· παρὰ τῶν μάγων εὐσεβεῖν διδαχθῶμεν, μᾶλλον δὲ παιδευθῶμεν, οἱ τινες ζητοῦντες τὸ βρέφος, ποδηγοῦντος ἀστέρος, οὐκ εἶπαν πρὸς τοὺς ἐρωτωμένους· Πῶς ἡ σύλληψις θεία, πῶς ἄσπορος ἢ νηδύς, πῶς ἄφθορος ὁ τόκος, πῶς μετὰ τὸν τόκον ἐν παρθένοις ἢ μήτηρ, πῶς ὑπὸ ἐνιαυτοῦς ὁ προών, πῶς ἐν χρόνοις ὁ πρὸ τῶν αἰώνων, πῶς ἢ τῆς μητρὸς τὸν ἀχώρητον ἐχώρησε φύσις, πῶς γέγονε σὰρξ, μὴ τραπεῖς ὁ ἀσώματος· πῶς ὁ Θεὸς Λόγος ἐν τῇ παρθενικῇ κενώσας ἑαυτὸν νηδύϊ πανεύφημος [...]

ad quem omnis creatura, tanquam Creator et Opifex omnium, tanquam saeculorum Pater, tanquam saeculi parens, tanquam omnium conditor, tanquam coelis antiquior, tanquam angelorum opifex, et humanitatis formator, tanquam denique eorum, qui alioqui perituri essent, Salvator: praeter haec nihil possum denuntiare. Non enim, o Virgo, mandatum habeo, ut per singula dicam, quo pacto: sed ut earum rerum minister sim quae faciunt ad faustum erga te nuntium. Admirare igitur mecum mysterium, et bona nuntia absque dubitatione excipe. Illa vero ait: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.*<sup>1</sup> Nos igitur nativitatem Dominicam edocti archangelicis sermonibus Gabrielis, incedamus a tergo semitis eius. Ego, quemadmodum ille, vim partus, citra disquisitionem curiosam, divinam agnosco et censeo: didicimus a Magis, imo vero instructi sumus, ut eam rem religiose colamus. Qui quidem inquirentes infantem, stella duce, non dixerunt his quos interrogabant: Quomodo fit conceptio divina? Quomodo uterus sine semine, quomodo partus incorruptus, quomodo mater post partum est virgo, quomodo subiicitur annis, qui prior illis est? Quomodo est in tempore, qui est ante saecula? Quomodo natura uteri comprehendere potuit eum, qui est incomprehensus? Quomodo is qui est incorporeus, sine conversione factus est caro? Quomodo Deus Verbum seipsum exinaniens in utero virgineo [...]?

<sup>1</sup> Lc. I, 38.

- PG  
93, 1460 Παρθένος γὰρ ἡ μήτηρ, καὶ μετὰ τόκον διέμεινε τῆς παρθενίας σφραγίς, 1277  
ἣν ἡ φύσις ἐπέθηκεν ἀπαρασάλευτον φυλάττουσα.
- PG  
93, 1460 Sermo V. De Sancta Maria Deipara. Πᾶσα μὲν εὐγνώμων γλῶττα τὴν 1278  
\*1461 Παρθένον εἰκότως \* καὶ Θεοτόκον ἀσπάζεται, καὶ τὸν Γαβριὴλ μιμεῖται  
τὸν ἄρχοντα τῶν ἀγγέλων εἰς δύναμιν. Καὶ ὁ μὲν αὐτῇ «χαίρειν» λέγει· ὁ δέ,  
«Κύριος ἐκ σοῦ», προσφωνεῖ, διὰ τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθέντα, καὶ μετὰ σαρκὸς τῷ  
γένει τῶν ἀνθρώπων ἐπιφανέντα Κύριον. Οὗτος αὐτὴν Μητέρα φωτὸς ἐπο-  
νομάζει· ἐκεῖνος Ἄστὴρα ζωῆς· ἄλλος Θρόνον προσαγορεύει Θεοῦ, ἄλλος  
Ναὸν οὐρανοῦ μείζονα· ἕτερος Καθέδραν τῆς τῶν χερουβικῶν καθέδρας οὐκ  
ἐλάττουσα· ἕτερος πάλιν, Κῆπον ἄσπορον, εὐφορον, ἀγεώργητον, ἄμπελον  
εὐβοτρυν, εὐθαλῆ, ἀψηλάφητον, τρυγὸνα καθαρὰν, περιστερὰν ἀμίαντον,  
νεφέλην τῶν ὑετῶν χωρὶς φθορᾶς συλλαμβάνουσαν· πῆραν, ἥς ὁ μαργαρίτης  
τοῦ ἡλίου λαμπρότερος· μέταλλον ἐξ οὗ ὁ λίθος ὄλην καλύπτων τὴν γῆν,  
οὐδενὸς αὐτὸν λατομοῦντος προέρχεται· ὀκνάδα φορτίου γέμουσαν, καὶ κυ-  
βερνήτου μὴ χρῆζουσαν, Θησαυρὸν πλουτοποιόν· ἄλλοι δὲ ὁμοίως ἄστομον  
λύχνον ἀφ' ἑαυτῆς ἄπτουσαν, Κιβωτὸν τὴν τοῦ Νῶε πλατυτέραν, εὐμηκε-  
στέρα, ἐνδοξοτέρα. Ἐκείνη ζῶων κιβωτός, αὕτη δὲ ζωῆς· ἐκείνη ζῶων  
φθαρτῶν, αὕτη δὲ ἀφθάρτου ζωῆς· ἐκείνη τὸν Νῶε, αὕτη δὲ τοῦ Νῶε τὸν

PG  
93, 1459 Virgo enim est mater, et post partum permansit sigillum virgi- 1277  
nitatis, quod natura indidit, inconcussum custodiens.

PG  
93, 1459 Sermo V. De Sancta Maria Deipara. Iure proculdubio omnis 1278  
\*1462 grati animi lingua salutatur \* Virginem et Deiparam, ac pro vi-  
ribus Gabrielem angelorum principem imitatur. Itaque hic qui-  
dem dicit ei, *Ave*, ille vero acclamat, *Dominus ex te*,<sup>1</sup> eo quod Do-  
minus editus assumpta carne apparuerit humano generi. Iste co-  
gnominat eam, matrem lucis: ille, Stellam vitae: alius Dei Thro-  
num appellat: alius, Templum maius coelo: alius, Cathedram non  
inferiorem cathedra cherubica: alius item, Hortum non semina-  
tum, fertilem, incultum,<sup>2</sup> vitem uvarum feracem, valde florentem,  
intactam: turturem mundam, columbam impollutam, nubem pluvias  
incompactas continentem, specimen cuius gemma sole splendidior,  
fodinam unde prodit lapis totam terram tegens, a nullo incisus:<sup>3</sup>  
navem mercibus refertam, nulloque egentem gubernatore: thesau-  
rum locupletantem; alii similiter lucernam oris expertem, quae a se  
ipsa iugiter ardeat; arcam arca Noë latiore, longiore, illustriore.  
Illa erat animalium arca, haec autem arca vitae: illa corruptibili-  
um animalium, ista vero vitae incorruptibilis: illa ipsum Noë, haec

<sup>1</sup> Lc. I, 28.

<sup>2</sup> Cant. V, 1.

<sup>3</sup> Dan. II, 45.

ποιητὴν ἐβάστασεν· ἐκείνη διόροφα καὶ τριόροφα ἐκέκτητο, αὐτὴ δὲ ὅλον τῆς Τριάδος τὸ πλήρωμα. Ἐπειδήπερ καὶ τὸ Πνεῦμα ἐπεδήμει, καὶ ὁ Πατὴρ ἐπεσκίασε, καὶ ὁ Υἱὸς ἐνεσκήνου κυφορούμενος. « Πνεῦμα γὰρ ἅγιον, φησὶν, ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ ». Ὅρᾳς ἦσον τὸ τῆς Θεοτόκου Παρθένου καὶ πηλίκον ἀξίωμα; Ὁ γὰρ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ τοῦ κόσμου ποιητὴς, ὡς βρέφος παρ' αὐτῆς ἐβαστάζετο, καὶ τὸν Ἀδάμ ἀνέπλασε, καὶ τὴν Εὐάν ἠγάπησε, καὶ κατήργει τὸν δράκοντα, καὶ τὸν παράδεισον ἤνοιγε, καὶ τὴν σφραγίδα τῆς γαστρὸς ἠσφαλίζετο. Εἰκότως σφόδρα καὶ κατὰ λόγον, ἐκάτερον. Τὸν γὰρ παράδεισον ἤνοιγεν, ἐπειδὴ ληστὴν εἰσφέρειν, καὶ πάντας εἰς αὐτὸν χειραγωγεῖν τοὺς κληρονόμους τῆς βασιλείας ἤμελλε. Τὴν σφραγίδα τῆς γαστρὸς ἠσφαλίζετο, Θεὸς καὶ Λόγος ὑπάρχων ὁ σαρκούμενος, οὐδαμῶς θύρας πρὸς τὴν εἴσοδον ἢ τὴν ἐξοδὸν ἔχρηζε. Σοὶ μὲν οὖν, ὦ Παρθένε, τοὺς ἐπαίνους οἱ προφητῶν μερίζονται, καὶ λέγει τὴν Θεοφόρον ἕναστος, ὃς τῶν θαυμάτων ἐπιστεύθη μυστήρια. Καὶ ὁ μὲν σε ῥάβδον Ἰεσσαὶ καλεῖ, ἵνα τὸ ἄτρωτον καὶ ἀκαμπὲς τῆς παρθενίας αἰνίζηται. Ὁ δὲ βᾶτω προβάλλει καιομένη, καὶ μὴ κατακαιομένη, ἵνα τὴν σάρκα τοῦ Μονογενοῦς

vero ipsius Noë factorem portavit: illa duas et tres contignationes et mansiones habebat, haec autem universum Trinitatis complementum, quandoquidem et Spiritus sanctus adveniebat atque hospitabatur, et Pater obumbrabat, et Filius utero gestatus inhabitabat. *Spiritus enim sanctus, ait, superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideo quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.*<sup>1</sup> Vides quanta et qualis est Deiparae Virginis dignitas? Unigenitus enim Dei Filius mundi conditor, velut infans gestabatur ab ea, et Adamum reformabat, Evamque sanctificabat, excludebat draconem, et paradysum aperiebat, sigillum uteri muniens. Merito sane utrumque et iuxta ratione. Aperiebat enim paradysum, quoniam latronem introducturus erat in eum, cunctosque regni haeredes deducturus. Sigillum uteri muniebat, eo quod is qui carnem assumebat, esset Deus et Verbum, nequaquam opus habens portis ingrediendi causa aut egrediendi. Tibi igitur, o Virgo, prophetae tribuunt laudes,<sup>2</sup> et quisque Deiferam dicit, qui miraculorum mysteriis fidem habuerit. Et ille quidem te virgam Iesse vocitat,<sup>3</sup> ut obscure declaret virginitatem, quae nullo modo vulnerari aut incurvari potuerit. Iste vero comparat cum rubo ardente, qui tamen non exuritur:<sup>4</sup> ut subindicet carnem

<sup>1</sup> Lc. I, 35.

<sup>2</sup> Ezech XXIV et XXVI.

<sup>3</sup> Isa. XI, 1.

<sup>4</sup> Exod. III, 2.

καὶ τὴν Παρθένον τὴν Θεοτόκον αἰνίζηται. Ἡ μὲν γὰρ ἐκαίετο, καὶ οὐ κα-  
 τεκαίετο, ἐπειδήπερ ἔτεκε, καὶ τὴν γαστέρα οὐκ ἤνοιξε· συνέλαβε, καὶ τὴν  
 μήτραν οὐκ ἔφθειρεν· ἐξήγαγε τὸ βρέφος, καὶ τὴν κοιλίαν ἐσφραγισμένην  
 κατέλιπεν· ἐχορήγησε γάλα, καὶ τοὺς μασθοὺς ἀψηλαφήτους ἐφύλαξεν· ἐδά-  
 \*1464 στασε παιδίον, καὶ τοῦ παιδίου πατέρα οὐκ ἐγίνωσκεν· ἐγένετο \* μήτηρ,  
 καὶ οὐκ ἐγένετο νύμφη. Υἱὸς ἐτρέφετο· καὶ πατὴρ οὐκ εὐρίσκειτο· ὁ ἀγρὸς  
 ἐκαρποφόρει, καὶ ὁ καρπὸς γεωργὸν οὐκ ἐκέκτητο· θέρος ἀπέδωκε, καὶ σπό-  
 ρον οὐκ ἐδέξατο· ποταμὸς ἔτρεχε, καὶ ἡ πηγὴ πανταχόθεν ἐκέκλειστο εἰς  
 ἔνδειξιν, ὅτι καὶ μήτηρ ἐγένου, καὶ τὰ μητέρων οὐκ ἔπαθε· ἔτεκες ὡς γυνή,  
 καὶ οὐκ ἐφθάρης ὡς γυνή· κατὰ νόμον ἐκυοφόρεις τῆς φύσεως, ἐπειδὴ τὸν  
 τεταχμένον καιρὸν τῶν ὠδίνων ἀνέμενες. Ἀλλὰ γὰρ καὶ συνέλαβες παρὰ  
 νόμον τῆς φύσεως. Ἐτερός σε πύλην κεκλεισμένην, ἐν ἀνατολαῖς δὲ κει-  
 μένην, προσηγόρευσε, καὶ τὸν βασιλέα τῶν θυρῶν κεκλεισμένων εἰσάγουσαν·  
 οὕτω δὴ καὶ ἐκφέρουσαν πύλην σε κέκληκεν, ἐπειδὴ θύρα τοῦ παρόντος βίου  
 τῷ Μονογενεῖ γέγονας· πύλην ἐν ἀνατολαῖς κειμένην, ἐπειδὴ τὸ φῶς τὸ ἀλη-  
 θινὸν τὸ φωτίζον πάντα ἀνθρωπὸν ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, ἐκ τῆς σῆς  
 γαστρὸς καθάπερ ἐκ τινος παστάδος βασιλικῆς προέρχεται. Σὺ τὸν βασιλέα  
 τῶν θυρῶν κεκλεισμένων εἰσήγαγες, ἀλλὰ πάλιν ἐξήγαγες. Οὔτε γὰρ συλ-

Unigeniti, et Virginem Deiparam. Haec enim ardebat, et non con-  
 sumebatur: peperit siquidem, et uterum non aperuit: concepit, et  
 vulvam non corruptit; eduxit infantem, et uterum signatum reliquit;  
 lac suppeditavit, ubera tamen intacta conservavit: portabat puerum,  
 463 pueri tamen patrem non agnoscebat: mater effecta est, \* quae minime  
 sponsa fuit: nutriebatur filius, et non inveniebatur pater: ager fruc-  
 tum edebat, et fructus carebat cultore: messis reddebat quae semen  
 non acceperat: currebat fluvius, et fons quacumque ex parte clausus  
 ut perspicuum fieret te matrem esse factam, et tamen non esse pas-  
 sam ea quae mulieribus accidunt. Peperisti tanquam mulier, non  
 tamen ut mulier corrupta es: iuxta legem naturalem gestabas in  
 utero, quoniam tempus pariendi praescriptum expectabas: verum-  
 tamen concepisti praeter legem naturalem; alius te appellavit portam  
 clausam in oriente sitam,<sup>1</sup> quae introduxit clausarum portarum regem:  
 necnon etiam portam emittentem te vocavit, quoniam porta  
 praesentis vitae Unigenito effecta es. Portam in oriente sitam, quia  
 lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in mundum,<sup>2</sup>  
 ex utero tuo processit, velut e quodam thalamo regio. Tu regem por-  
 tarum clausarum introduxisti, atque iterum eduxisti. Nequaquam

<sup>1</sup> Ezech. XLIV, 2.

<sup>2</sup> Io. I, 9.

λαμβανόμενος, οὔτε ὄλωσ τικτόμενος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης τὰς θύρας τῆς σῆς μήτρας ἠνέωξεν, οὔτε τῆς παρθενίας τοὺς συνδέσμους ἐχαλύνωσε· σὲ Κῆπον κεκλεισμένον ἀνόμαζε, καὶ Πηγῆν ἐσφραγισμένην ὁ ἐκ σοῦ νυμφίος, καὶ προεῖπεν ἐν τοῖς Ἄσμασι. Κῆπον κεκλεισμένον· ἐπειδὴ σοῦ μὲν, δρεπάνη φθορᾶς ἢ τρυγητὸς οὐχ ἤψατο. Ἄνθος δέ, τὸ ἐκ τῆς ῥάβδου τοῦ Ἰεσσαὶ καθαρῶς τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, καὶ καθαρῶς παρίστησιν, ὑπὸ μόνου γεωργηθέν σοι τοῦ καθαροῦ καὶ ἀκηράτου Πνεύματος. Πηγῆν ἐσφραγισμένην, ὅτι ποταμὸς ζωῆς ἐκ σοῦ προελθὼν τὴν οἰκουμένην ἐπλήρωσεν. Ἄλλὰ κλάδος γαμικὸς τὴν σὴν πηγῆν οὐκ ἤντλησε. Περὶ σοῦ Δαβὶδ ἐκ σοῦ κιθαρίζων οὐ παύεται· « Ἀνάστηθι, Κύριε, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, σὺ καὶ ἡ κιθαρὸς τοῦ ἀγιάσματος σου ». Ἀνάστηθι, πόθεν; Ἐκ τῶν κόλπων τοῦ Πατρὸς, οὐχ ἵνα χωρισθῆς τοῦ Πατρὸς (τοῦτο γὰρ οὐ θέμις ἢ νοεῖσθαι ἢ λέγεσθαι), ἵνα δὲ τὴν οἰκονομίαν πράξῃς, ἢ τι ἀνωθέν σοι πρὸ αἰῶνων καὶ πρὸ τῶν γενεῶν προώριστο. Ἀνάστηθι, ἵνα τοὺς πεσόντας ἐγείρῃς, ἵνα τοὺς σκελισθέντας ὀρθώσῃς, ἵνα τὸ σὸν ἀναλάβῃς κτῆμα, παρὰ τοῦ ἐχθροῦ μέχρι τοῦ νῦν τυραννούμενον. « Ἀνάστηθι, Κύριε, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου », ἦν ἐπὶ τῆς γῆς ὄρισας, καὶ εἰς τὴν Βηθλεὲμ ἔταξας, τὸ σπήλαιον καὶ τὴν φάτνην καὶ τὰ σπάργανα· ἐν οὐρανοῖς γὰρ οὐ χρῆξεις ἀναπαύσεως. Αὐτὸς δὲ ἀνάπαυσις ὑπάρχεις ὅλης τῆς κτίσεως. Ἐπὶ γῆς δὲ δι' ἡμᾶς τὰ τῆς σαρκὸς πάσχεις. Ἡ γὰρ οὐχὶ καὶ

enim Rex gloriae, dum conciperetur aut ederetur, vulvae tuae portas prorsus aperuit, neque virginitatis vincula laxavit. Vocavit te hortum conclusum, et fontem signatum, is qui ex te ortus est sponsus, praedixit in Canticeis.<sup>1</sup> Hortum conclusum, ob id quod falx corruptionis, aut vindemia te non attigit: florem autem, qui ex radice Iesse hominum generi pure exhibetur, excultus tibi a puro et intemerato Spiritu. Fontem conclusum, quia flumen vitae ex te prodiens replevit terram, alioqui ramus nuptialis fontem tuum nequaquam exhaustit. David sine intermissione cithara celebrat eum qui ex te natus est: *Surge, Domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuae.*<sup>2</sup> Surge: unde? E sinu Patris, non ut a Patre separeris (hoc enim dicere vel cogitare nefas est): sed ut dispensationem peragas, vel quidpiam e coelis ante saecula et ante generationes tibi praefinitum. Surge, ut lapsos erigas, ut claudicantes recta incedere facias, ut possessionem tuam recipias, quae ab hoste ad hoc usque tempus tyrannico modo occupatur. *Surge, Domine, in requiem tuam*, quam super terram praescripsisti, et in Bethleem constituisti, utpote stabulum, praesepe, et fascias. Non enim egēs in coelis requie, sed ipse es requies universae creaturae: at in terra, nostra causa pateris quae ad carnem pertinent. Non

<sup>1</sup> Cant. IV, 12.

<sup>2</sup> Ps. CXXXI, 8.

πεινή και δίψη, ἦν ἔσχου. Ἄλλὰ γὰρ και πεινῶν ἄρτος ὑπάρχεις ζωῆς, και διψῶν αὐτὸς εἶ τῶν διψῶντων παράκλησις. Ποταμὸν γὰρ ἀφθαρσίας καθέστηκας· και κοπιῶν τοῖς περιπάτοις τῆς ξηραῖς, πεζευεῖς κόπου χωρὶς τῆς θαλάσσης τὰ κύματα. «Ἀνάστηθι, Κύριε, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, σὺ και ἡ κιβωτὸς τοῦ ἀγιάσματος σου», ἡ Παρθένος, ἡ Θεοτόκος, εὐδηλον. Εἰ γὰρ σὺ μαργαρίτης, εἰκότως ἐκείνη κιβωτὸς· ἐπειδὴ σὺ τυγχάνεις Ἡλιος, οὐρανὸς ἀναγκαιῶς ἡ Παρθένος κληθήσεται· ἐπειδὴ σὺ ἄνθος τυγχάνεις \* ἀμάραντον, ἄρα ἡ Παρθένος ἀφθαρσίας φυτὸν, ἀθανασίας παράδεισος. Εἰς ἦν Ἡσαίας ταῦτα θεῶν ἀρτίως προανεφώνησε λέγων· «Ἴδού, ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, και τέξεται υἱόν, και καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ». Ἴδού ἡ Παρθένος· ποία; Ἡ τῶν γυναικῶν ἔγκριτος, ἡ τῶν παρθένων ἐξαιρετος, τὸ σεμνὸν τῆς ἡμετέρας φύσεως ἐγκαλλώπισμα, τὸ τοῦ πηλοῦ ἡμετέρου καύχημα, ἡ τῆς αἰσχύνης τὴν Εὐαν, και τῆς ἀπειλῆς τὸν Ἀδάμ ἀπαλλάξασα, ἡ τὴν παρῥησίαν ἀποτεμοῦσα τοῦ δράκοντος· ἧς καπνὸς ἐπιθυμίας οὐχ ἤψατο, οὐδὲ σκώληξ αὐτὴν ἠδυπαθείας ἔδλαψεν. «Ἴδού ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται»· πῶθεν, ὧ προφῆτα; Οὐ λέγω, φησί. Τοῦτο γὰρ τῷ Γαβριὴλ πεφύλακται. Πολλοὶ τῆς Θεοτόκου διαιροῦνται τὰ θαῦματα, πολλὰ δὲ ὅμως και ἐξ αὐτῶν παραλέλειπται· πλὴν ἐγὼ τὸν τόκον τῆς Ἀειπαρθένου πεπίστευμαι· Μιχαίας, τὸν χῶρον ἐν ᾧ τὸ θαῦμα πέπρακται· Δαβὶδ, τὸν καιρόν.

enim erat esuries aut sitis vera quam habebas; quinimo esuriens, panis es vitae: et sitiens ipse es consolatio laborantium siti, cum sis fluvius incorruptionis: et dum fatigabaris obambulando terram, per fluctus maris iter pedibus faciebas absque labore. *Surge, Domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuae*, quae est haud dubie Virgo Deipara. Si enim tu es gemma, merito illa est arca. Et quia Sol exsistis, necessario Virgo vocabitur coelum. Cum sis flos immarcescibilis, profecto Virgo erit planta incorruptionis, et paradus immortalitatis: in quam Isaias haec \* prospiciens nuper acclamabat dicens: *Ecce virgo in utero concipiet, et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel.*<sup>1</sup> Ecce virgo, quaenam? Mulierum egregia, e virginibus electa, praeclarum naturae nostrae ornamentum, gloria luti nostri, quae Evam pudore, et Adamum comminatione liberavit, audaciam draconis abscidit: quam concupiscentiae fumus non attigit, neque vermis voluptatis eam laesit. *Ecce virgo in utero concipiet*, undenam, o propheta? Non dico, ait. Hoc enim reservatum est Gabrieli. Permulti distincte declarare nituntur miracula Virginis, pleraque tamen eorum praetermissa sunt. Caeterum ego de partu semper Virginis, fidem facio: Michaeas, de regione et loco in quo miraculum peractum est:

<sup>1</sup> Isa. VII, 14.

Αὐτὸς γὰρ τό· « Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε », τῇ τῶν Ψαλμῶν προφητείᾳ ἐνέθηκε. Γαβριὴλ τοῖνον ἔρεῖ τὸ πόθεν. Ἐκεῖνος γὰρ ἐξ οὐρανοῦ κατέρχεται· ἐκεῖνος ἐπ' αὐτὸ τοῦτο ἐπὶ τὴν Παρθένον πέμπεται· ἐκεῖνος ἐν καιρῷ τοῦ τόκου παραγίνεται, καὶ τοῦ τόκου τὴν ὑπόστασιν ἀναγκαίως ἐρμηνεύσαι πιστεύεται. Εἰ δὲ καὶ παρ' ἐμοῦ μανθάνειν θέλεις, τὰ ἐξῆς τῆς προφητείας ἐπελθε· « Καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ ». Τί δὲ ἐστὶν Ἐμμανουήλ; « Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός ». Μὴ τοῖνον Θεὸς ἀπὸ γάμου καὶ φθορᾶς συλλαμβάνεται, καὶ ἐξ ἀνδρὸς καὶ κοίτης τεχθῆναι ἢ σαρκωθῆναι δύναται; Οὐδαμῶς, ἀλλ' ἐξ ἐνεργείας Θεοῦ, ἐξ ἐπιφυτεύσεως Ὑψίστου, ἐκ παρουσίας Πνεύματος. Τί γὰρ οὖν ἡνίκα ἢ Παρθένος πρὸς τὸν Γαβριὴλ ἔλεγε· « Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; » τοῦτ' ἐστὶν Ἐκπλήττει με τὸ θαῦμα, κάταπλήττει με τὸ ῥῆμα, καὶ ὁ τοῦ ἀγγέλου χρηματισμὸς τὴν Παρθένον ἐξίστησι, θαυμαστά λέγεις, ἐμοὶ δὲ διὰ τὸ ξένον ὑποπτα. Δέδοικα τοῦ εὐαγγελισμοῦ τὸ καινόν, θορυβοῦμαι πρὸς τὸ λίαν τῶν λεγομένων ἄηθες. « Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; » πῶς ἔσομαι μήτηρ, μὴ γενομένη νύμφη; οὐκ ἐφθάρη τὸ τῆς ὥρας ἄνθος, τὸν ζωστῆρα τῆς παρθενίας οὐκ ἔλυσα, τὸν δεσμὸν τῆς μητρας οὐκ ἐχώνωσα, τὴν σφραγίδα τῆς γαστρὸς οὐ παρέλυσα. Ὁ δὲ ἄγγελος παραχρῆμα ἐπήγαγε· « Πνεῦμα

David, de tempore. Ipse enim Prophetiae Psalmorum inseruit istud: *Ex utero ante luciferum genui te.*<sup>1</sup> Gabriel igitur dicturus est unde. Ille enim de coelo descendit, ille ad hoc ipsum mittitur ad Virginem, ille tempore partus adest, et substantiam partus creditur necessario declarasse. Sin cupis et a me discere, quae sequuntur in propheta percurrere: *Et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel.* Quid porro est Emmanuel? *Nobiscum Deus.* Nunquid ergo Deus ex nuptiis et corruptione concipitur, et ex viro atque concubitu editus aut incarnatus esse potest? Nequaquam, sed operatione divina, seminatione superna, et adventu Spiritus sancti. Quamobrem cum Virgo Gabrieli diceret: *Quomodo fiet istud apud me, quia virum non cognosco?*<sup>2</sup> percellit me: miraculum quod dixisti, me perterret: et oraculum angeli Virginem obstupescit, miranda dicis, ideoque mihi dubia, quia peregrina, extimesco nuntii fausti novitatem: perturbor ob ea quae dicuntur a te admodum insolita. *Quomodo mihi fiet istud, quia virum non cognosco?* Qua ratione fiam mater, quae non fui sponsa? Flos aetatis vigentis non est corruptus: cingulum virginitatis non solvi: vincula vulvae non laxavi: uteri non dissolvi sigillum. Angelus confestim subiunxit: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obum-*

<sup>1</sup> Ps. CIX, 3.

<sup>2</sup> Lc. I, 34.

ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ἰψίστου ἐπισκιάσει σοι » τοῦτ' ἔστιν·  
 Εἰ ἐγίνωσκας ἄνδρα, οὐκ ἂν ἔτεκες Θεόν, δούλου μορφήν λαβεῖν ἐκ σοῦ διὰ  
 σέ χωρὶς φθορᾶς εὐδοκήσαντα, οὐκ ἂν ὄργανον ἐγίνου τῆς τοῦ πάντα παρα-  
 γαγόντος σαρκώσεως. Ἄλλ' ἐπειδὴ καθαρὰ τυγχάνεις κοίτης γαμικῆς, ἐπειδὴ  
 τὸν ναὸν ἀφθαρτον, καὶ τὴν σκηνὴν ῥύπου παντός ἐλευθέραν ἐτήρησας, καὶ  
 ὁ Πατὴρ ἐπιδημεῖ σοι, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐπισκιάζει, καὶ μετὰ σαρκὸς ἐκ σοῦ  
 ὁ Μονογενὴς τίκτεται. Σὺ οὖν μηδαμῶς διακριθῆς τὰ ἐξῆς μυστήρια, μὴ  
 \*1468 διακριθῆς ἐν σπηλαίῳ τίκτουσα τὸν ὅλης τῆς κτίσεως Δημιουργόν, μὴ δια-  
 κριθῆς ἐν φάτνῃ καθίζουσα τὸν ἐπὶ τῶν νώτων τῶν \* Χερουβὶμ. καθεζό-  
 μενον, οὐκ ἔχουσα τόπον ἐν τῷ καταλύματι· καὶ μήτηρ βασιλέως τῶν ἄνω  
 καὶ τῶν κάτω τυγχάνουσα. Ἐκὼν γὰρ ἐκ σοῦ πτωχεύει, ἵνα καὶ τοὺς πλου-  
 σίους χαλινώσῃ, καὶ τοὺς πτωχοὺς ὑπόθεσις ὑπομονῆς, καὶ διδάσκαλος εὐ-  
 χαριστίας γένηται. Ἐκὼν ἐπὶ τῆς φάτνης τίθεται, ἵνα οἱ κτηνώδεις προσ-  
 δράμωσι, καὶ τὸν λόγον εὐρωσιν ἐπὶ τῆς φάτνης καθήμενον, ἵνα ἀναλάβωσιν  
 ἐξ αὐτοῦ τὸ λογικὸν ἀξίωμα, ἵνα σῖτον εὐρωσι προσδοκῆσαντες ἄχυρα, ἵνα  
 ὡς κτήνη προσδράμωσι, δράγματα κριθῆς ἐπὶ τῆς φάτνης εὐρεῖν οἴμενοι,  
 καὶ τὸν ἄρτον τὸν ἀληθινὸν φάγωσι, τὴν τροφήν τῆς ζωῆς, τὸ δεῖπνον τοῦ  
 φωτός, τὴν βρωσὴν τῆς χαρᾶς, τῆς ἀφθαρσίας τὸ γλύκασμα, ἐξ οὗ τῆς βα-  
 σιλείας ἢ γνῶσις, τῆς υἰοθεσίας ὁ ἀρραβῶν, ὁ τῶν οὐρανῶν κληρὸς, ἢ κοι-

*brabit tibi;*<sup>1</sup> hoc est, si cognosceres virum, non pareres Deum, cui vi-  
 sum est ex te, propter te citra corruptionem, servi formam sumere:  
 nunquam fieres instrumentum incarnationis eius qui omnia produxit.  
 Verum quia munda es a concubitu nuptiali, quia templum incorruptum,  
 et tabernaculum ab omni sorde liberum conservasti: et Pater hospitatur apud te,  
 et Spiritus sanctus obumbrat, et assumpta carne Unigenitus ex te nascitur:  
 eam ob rem, ne dubites ullo modo, de reliquis mysteriis ne sis anxia,  
 si parias in stabulo universae creaturae opificem: ne haesistes, si sedere  
 facias in praesepio eum qui sedet in dorso Cherubim, si non habeas locum  
 in diversorio, cum sis mater regis eorum quae sursum sunt et deorsum.  
 Libens enim qui ex te natus est, pauper efficitur, ut divites refrenet,  
 et \* egenis patientiae sit argumentum, et gratiarum actionis magister.  
 Libens reconditur in praesepi, ut qui sunt pecuini accurrant, et reperiant  
 λόγον, id est, sermonem et rationem in praesepi constitutam: ut ex eo recipiant  
 dignitatem rationalem: ut qui currunt ad paleas, frumentum nanciscantur:  
 ut bestiarum more festinent, arbitantes se inventuros in praesepi  
 manipulos hordei, et panem verum manducaturos, alimentum vitae, coenam  
 lucis, escam laetitiae, incorruptionis dulcedinem, unde oritur notitia regni,  
 arrha adoptionis filiorum, coelorum haere-

<sup>1</sup> Lc. I, 35.

ωνία τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἀγίου Πνεύματος. Αὐτῶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

1279

Sermo VI. In praesentatione Iesu Christi. [...] «Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν, κατὰ τὸν νόμον Μωϋσέως». Αὐτῶν, τίνων; Ἰωσήφ μὲν γὰρ οὔτε πατήρ ἦν, οὔτε ὑπεύθυνος καθαρσίων, ἀλλ' οὔτε Μαρία, οὔτε τὸ βρέφος τῶν καθαρσίων ἐδέοντο· λέγεται γὰρ οὕτως· «Γυνή τις ἐὰν σπερματισθῆ καὶ τέκνη ἄρσεν, ἑπτὰ ἡμέρας ἀκάθαρτος ἔσται»· ἀλλ' ἡ Μαρία οὐκ ἐσπερματίσθη, οὐκοῦν καθαρσίων οὐκ ἐδέετο· «Γυνή τις ἐὰν σπερματισθῆ καὶ τέκνη ἄρσεν, ἑπτὰ ἡμέρας ἀκάθαρτος ἔσται»· διὰ τί; Ἐπειδὴ Ἀδάμ δεύτερον εἰς τὸν βίον ἤγαγεν. «Ἐὰν \* δὲ τέκνη θῆλυ, δις ἑπτὰ ἀκάθαρτος ἔσται». Τίνος χάριν ἐνταῦθα τὰς ἡμέρας διπλασίονας ἔταξεν; Ἐπειδὴ Εὐα πάλιν ἀπὸ τῆς Εὐας τίκεται, τὸ σαθρὸν σκεῦος, τὸ ἀσθενὲς ἀγγεῖον, τὸ συντετριμμένον κεράμιον, ἡ χειραγωγὸς τῆς παρακοῆς, ἡ τοῦ δράκοντος σύμβουλος· ἀλλ' ὥσπερ ἤκουσας γυναικὸς τὰ ἐγκλήματα, δεῦρο καὶ τὸ ἐξ αὐτῆς κατόρθωμα μάνθανε. Γυνή παρθενίαν τῶ βίῳ εἰσήγαγεν, ἐχώρησεν ἐν τῇ γαστρὶ τὸν Θεὸν ὃν ἡ κτίσις χωρῆσαι οὐ δύναται· ἔτεκεν ἐν σαρκὶ τοῦτον, ὅστις ἡμῶν τὸ γένος ἀνέπλασεν· πρώτη τὸν Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν ὑπεδέξατο, πρώτη τοῦ κηρύγματος τῆς ἀναστάσεως ἤρξατο, πρώτη τὴν χαρὰν

PG  
93, 1468

\*1469

ditas, societas cum Patre et Filio et Spiritu sancto. Ipsi gloria in saecula saeculorum. Amen.

1279

Sermo VI. In praesentatione Iesu Christi. [...] *Et postquam impleti sunt dies purificationis eorum, secundum legem Moysi.*<sup>1</sup> Quorum eorum? Ioseph equidem neque pater erat, neque purificationi subditus, sed neque Mariae, neque puero purificationibus opus erat; sic enim lege dicitur: *Mulier quae suscepto semine pepererit masculum, septem diebus immunda erit.* Sed Maria non suscepit semen, nec igitur purificatione indigebat. *Mulier quae suscepto semine pepererit masculum, septem diebus immunda erit.*<sup>2</sup> Quare? Quia Adam secundum in vitam \* adduxit. *Si autem peperit feminam, bis septem impura erit.*<sup>3</sup> Cuius rei gratia hic dierum numerum duplicem statuit? Quia Eva rursus ab Eva gignitur, fragile instrumentum, debile vas, contrita testa, maneductrix inobedientiae, per quam suasit serpens. Sed sicut audisti mulieris impropria, hic quoque et mulieris merita disce; mulier virginitatem saeculo induxit, contulit in gremio Deum quem creatio continere non potest, generavit in carne illum qui nostram generationem fabricavit; prima Iesum ex mortuis solutum accepit, prima proclamatae resurrectionis primitias accepit; prima gaudium disci-

PG  
93, 1467

\*1470

<sup>1</sup> Lc. II, 22.

<sup>2</sup> Lev. XII, 2.

<sup>3</sup> Lev. XII, 5.

τοῖς μαθηταῖς ἐμήνυσεν. «Γυνή ἦτις, φησίν, σπερματισθῆ» ἡ Θεοτόκος δὲ γυνή μὲν ἦν, τὰ γυναικῶν δὲ οὐ πέπονθεν· σπέρμα γὰρ ἀνδρὸς ἡ γαστήρ οὐκ ἐδέξατο, οὐκ εἶδεν ἄροτρον ὁ τῆς Μαρίας ἀγρός, ὁ παρθενικὸς ἀμπελῶν οὐχ ὑπέμεινεν δίκελλαν, ὥστε οὐχ ὑπὲρ αὐτῆς ἡ προσφορά, ὑπὲρ ὅλου τοῦ γένους ἐγένετο· ἡμῶν γὰρ ἕνεκα περιτέμνεται Χριστός, ὑπὲρ ἡμῶν καὶ βαπτίζεται, ἐφ' ἡμῖν τελεῖται τὰ τοῦ νόμου καθάρσια· ἐὰν δακρύσῃ, τὴν φύσιν ἐκπλύνει· ἐὰν ῥαπισθῆ, τὴν ἡμετέραν αἰχμαλωσίαν ἐλευθεροῖ· ἐὰν βαστάσῃ τὸν σταυρόν, ἡμᾶς κουφίζει τοῦ ζυγοῦ τῆς ἀμαρτίας· ἐὰν ἐμπτυσῆ, τὸν Ἀδὰμ ἀπαλλάττει τοῦ τῆς κατάρσας ἐμπτύσματος.

PG  
93, 1473

«Ἀλλὰ Ἰωσήφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἀκούσαντες τὰ παρὰ τοῦ Συμεῶνος λαληθέντα, ἐθαύμασαν», πῶς ὁ Χριστὸς ἀνέχεται υἱὸς ἀνθρώπου γενέσθαι· ἐθαύμασεν ἡ Μαρία πῶς γαστήρ γυναικὸς ἐχώρησε Θεόν, πῶς ἡ δούλη τὸν ἐλευθεροῦντα τὴν κτίσιν ἐγέννησεν. 1280

PG  
93, 1476

«Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί». Ῥομφαία ἡ διχόνοια λέγεται, ἐπειδὴ καθάπερ ἡ ῥομφαία σχίζει καὶ μερίζει τὰ σώματα, οὕτως καὶ τὰς ψυχὰς πρὸς ἀμφιβολὴν ἡ διχόνοια· εἰ γὰρ καὶ παρθένος ἦν, ἀλλὰ γυνή· εἰ καὶ Θεοτόκος, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἡμετέρου φυράματος. Ῥομφαία τοίνυν αὐτῆς τὴν ψυχὴν διέδαινε, ὅπως ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί, οἱ 1281

pulis annuntiavit. *Mulier, inquit, quae susceperit semen.* Deipara autem mulier quidem erat, muliebria vero non passa est; semen enim viri venter non suscepit, neque novit aratrum Mariae ager, virgineum vinetum pastinum non toleravit, ita ut non pro se oblationem, sed pro omni humano genere fecerit; propter nos enim circumciditur Christus, propter nos et baptizatur, pro nobis perficit legis purificationes; si fleverit, naturam lavat; si alapas pertulerit, nostra nos captivitate liberat; si crucem sustinuerit, nos allevat iugo iniquitatis; si sputa induraverit, Adamum liberat maledictionis sputo.

PG  
93, 1474

*Sed Ioseph et mater eius audientes quae per Simeonem dicebantur, mirabantur,*<sup>1</sup> quomodo Christus dignatus est filius hominis fieri; mirabatur Maria quomodo venter mulieris continuit Deum, quomodo ancilla liberatorem creationis generavit. 1280

PG  
93, 1475

*Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur, ex multis cordibus cogitationes.*<sup>2</sup> Gladius diversitas opinionum dicitur, quoniam sicut et gladius scindit ac partitur corpora, ita et animas per indecisionem contradictio; si enim et virgo erat, sed et mulier; si quoque Deipara, sed nostro compacta limo; gladius iam ipsius animam pertransivit, ut manifestentur ex multis cordibus cogitationes: de 1281

<sup>1</sup> Lc. II, 33.

<sup>2</sup> Lc. II, 35.

περὶ τοῦ Χριστοῦ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους διάφοροι, ποτὲ μὲν αὐτὸν προφήτην, ποτὲ δὲ λυτρωτὴν τοῦ Ἰσραὴλ οὐχ ὑπογράφοντες, πολλὴν καὶ ἐπὶ τούτοις ἀμφιβολίαν διὰ τὸν σάλον τὸν ἐκ τοῦ πάθους ὑπομένοντες· ὥστε τοὺς περὶ Κλεόπαν μαθητὰς περιόντας, καὶ πρὸς αὐτὸν λέγειν· «Σὺ μόνος παροικεῖς ἐν Ἱερουσαλήμ, καὶ οὐκ ἔγνωσ τὰ γενόμενα ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις»; εἶτα ἐρωτηθέντες, ποῖα; ἐπήγαγον· «Τὰ περὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου, ὃς ἐγένετο ἀνὴρ προφήτης», καὶ τὰ ἐξῆς. Οὐκοῦν ὡς περὶ προφήτου μὲν εἶχον καὶ λυτρομένου τὸν Ἰσραὴλ· διὰ δὲ τὸ πάθος καὶ ταύτην ἐμβάλλειν περὶ αὐτοῦ τὴν ὑπόληψιν, ὅτι λυτροῦται τὸν Ἰσραὴλ ἐκινδύνευον· τοῦτο δὲ οὐ μάτην ἐγένετο, ἀλλ' ὥστε δεῖξαι, ὅτι· «Τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ, σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστίν». Τὸ γὰρ τοῦ σταυροῦ πάθος, οἱ πάντες ἐσινιάνθησαν καὶ ἐσαλεύθησαν, οὐ μόνον οἱ ἀπλῶς μαθηταί, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐκλεκτοὶ καὶ ἡ μήτηρ \* αὐτοῦ· \*1477  
τοῦτο πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐστήριξεν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, σὺν ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

DE TITULIS PSALMORUM <sup>3</sup>

1282 Ps. XXI. 17. «Ἐπὶ σὲ ἐπερρίφην ἐκ μητρός»· Μαρία τοῦ Κυρίου λέγει PG 27, 724  
τοὺς ποιοῦντας τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, τοῦ ἐν οὐρανοῖς, τουτέστι τοὺς

Christo in tempore passionis dissensiones; nunc illum prophetam, nunc vero Salvatorem Israël non subscribentes, multam quoque in his diversitatem, propter agitationem ex ipsa passione sustinentes; ita ut cum Cleopha discipuli iter facientes et ad ipsum dicerent: *Tu solus advena es in Ierusalem, et ignoras quae facta sunt in diebus istis?* Deinde interrogati, quae? Addiderunt: *De Iesu Nazareno qui fuit vir propheta,*<sup>1</sup> et quae sequuntur. Ergo sicut de propheta sentiebant et de Salvatore Israël, propter autem passionem et varias emissas opiniones quod redempturus esset Ierusalem incerti videbantur. Quae quidem non in vanum evenerunt, sed ad manifestandum, quia *Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus.*<sup>2</sup> Etenim in passione crucis omnes cribrati sunt et agitati, non solum simplices discipuli, sed et electi et mater eius, et haec passio universum orbem confirmavit, in Christo Iesu Domino nostro, per quem et cum quo Patri \* gloria, cum \*1478  
sancto Spiritu, nunc et semper et per omnia saecula saeculorum. Amen.

1282 Ps. XXI, 17. *Spes mea ab uberibus matris meae:* Mariae matris Domini, aut significat facientes voluntatem Patris eius, qui in coelis PG 27, 723

<sup>1</sup> Lc. XXIV, 19, 20.

<sup>2</sup> I Cor. I, 25.

<sup>3</sup> Opus hoc, quod exstat inter op. Ps. Athanasii, est Hesychii Hier. (cf. Cay, I, 890; Bar, II, 30; AI 345).

μαθητάς. Ἡ ἐλπίς σου ἢ εἰς ἐμέ ἐκ τῆς διδαχῆς τῶν μαθητῶν μου ἐστίν. [Ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ μαστῶν τῆς μητρός μου· Μαρίας τοῦ Κυρίου, ἣ λέγει τοὺς ποιοῦντας τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, τοῦ ἐν οὐρανοῖς, τουτέστι τοὺς μαθητάς, οὕτως· Ἡ ἐλπίς σου ἢ εἰς ἐμέ ἐκ τῆς διδαχῆς τῶν μαθητῶν μου ἐστίν].

- PG 27, 724 18. Τὸ δέ· «Ἐπὶ σὲ ἐπερρίφην ἐκ μήτρας», ὅταν ὁ Γαβριήλ, ὄντος αὐτοῦ 1283 ἐν μήτρᾳ τῆς Παρθένου ἔλεγε περὶ αὐτοῦ, ὅτι Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐστίν.
- PG 27, 888 Ps. LX, 16. «Ἐκ τῆς Ῥοῦθ τῆς Μωαβίτιδος» κατάγεται ἡ ἁγία Μαρία· 1284 ὡς οὖν διὰ τὴν παρθένον Μωὰβ καλεῖται. Ἡ Παρθένος οὖν λέθης τοῦ Κυρίου γεγένηται, διὰ τὸ ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς συλληφθεῖσθαι καὶ τὸν Κύριον ὑπὲρ φύσεως, καὶ κατὰ φύσιν.
- PG 27, 916 Ps. LXVII, 33. Ὅρος τοῦ Θεοῦ ὄρος πῖον· Τὴν Παρθένον λέγει καὶ 1285 Θεοτόκον.
34. Ὅρος τετυρωμένον ὄρος πῖον. Συνεσφραγισμένη τῇ παρθενίᾳ δηλονότι.
- PG 27, 1116 Ps. CV, 50. Καὶ ἐξουδένωσαν γῆν ἐπιθυμητῆν. Τὴν Θεοτόκον Μαρίαν 1286 ὄνειδίζοντες, τῷ Κυρίῳ περὶ αὐτῆς καὶ λέγοντες· «Ἡμεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα».

est, hoc est discipulos, hoc modo: Spes tua in me ex doctrina discipulorum meorum est.

- PG 27, 723 18. Illud autem: *In te proiectus sum ex utero*, quando Gabriel, 1283 cum esset ipse in utero Virginis, de eo dixit, quod Filius Dei est.
- PG 27, 887 Ps. LX, 16. *Ex Ruth Moabitide* genus ducit sancta Maria; ideo 1284 propter virginitatem *Moab* hic nominatur. Virgo igitur olla Domini facta est, quia et in utero suo concepit Dominum super naturam, non secundum naturam.
- PG 27, 915 Ps. LXVII, 33. *Mons Dei, mons pinguis*, Virginem, et Deiparam 1285 significat, 34. *Mons coagulatus, mons pinguis*: Obsignatam videlicet virginitate.
- PG 27, 1115 Ps. CV, 50. *Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem*: Deiparam 1286 Mariam iniuriis afficientes, et Domino de ipsa dicentes: *Nos ex fornicatione nati non sumus*.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> Io. VIII, 41.

• PG 93, 484, 352, 860, 1071, 1433.